

1563 Ultima Aug.

Ex Epist. Sig. Aug. impr. Lipsiae.

Duci Borussiae.

Varia de rebus suis scribit, et ut Saxoniae Elector
in partes vocetur, imprimis capit.

Illustris Princeps, Domine Consobrino nosse
chansime. Quod nos Illustritas Vestra de rumo-
ribus iis certiores facit, qui de consiliis Erici Ducis
circumferuntur, pergratum est nobis. Equidem non
arbitramur quidquam nobis aut ditionibus no-
stris ab exercitu ejus metuendum esse, quod hospi-
tatem aliquam pre se ferre videatur, praesertim
cum nihil nobis haec tam ejusmodi denuncia-
tum ab eo sit aut indicium. Sed tamen in hoc
tanto vicinarum civitatum et nationum motu atq;
incendio rebus nostris deesse non debemus. Quam
obrem id quod nos Illustritas Vestra voce adme-
mit, litteras ad Gedanenses dari iterum jussi-
mus, ut portam suam studiose communiarent, cum-
que adversus fortuitas impressiones, si quae ingre-
rent, diligenter obfirmant. De conventu ob Dan-
nicam et Suevicam pacificationem instituto ex li-
teris alteris Illustritatis Vestrae intelleximus. Ac
nobis quidem pax et tranquillitas Chris-
tiana nihil propemodum optatius potest continge-
re, verum illud modis omnibus et nobis et Illu-
stritati Vestrae curandum esse confirmamus, ut
ne ea pax in nonnullam ditionum nostrarum
perturbationem se convertat, neve ditionibus no-
stris damnum aliquod afferat, quod sanemus.
quod sperare verendum esset, si conditionibus paci-

ficacionis

228

ficationis ipsius exclusi fuerimus. In quo proba-
tur sane nobis fadium Illustriatatis Vestrae, quae
Illustrissimo Saxoniae Electori negotium nos-
trum tam diligentor commendavit, quod ut etiam
atque etiam Illustriatatis Vestrae faciat, ab illa
magno opere petimus. Nos etiam diebus proximis
missimus ad Severissimum Danicae Regem nostrum
Intermittimus, et nobis ipsi non desimus, Seve-
ritatemque eius ad communium pactorum re-
cordationem literis nostris revocavimus, ab ea-
que petimus, ut si forte ab eo verum foret, ut
pax inter Serenitatem eius et Sueciae Regem
constituenda sit, nostri quoque a federatorum
nostrorum digna ratio habeatur. Inter federa-
tos autem nostros hos nominatim edidimus:
Illustriatatem primum vestram, tum Illustres
Duces Borussiae, deinde Ducem ipsum Fin-
landiae, postremo etiam Curlandiae. Pergratum
autem nobis Illustriatatis Vestrae fecerit, si porro
apud Illustrissimum Saxoniae Electorem et ce-
teros, tum per se, tum per communes amicos so-
pe idem negotium gesserit, saepeque repetierit.
Nos si requisiti de pacificatione ea fuerimus, consilio
nos Illustriatatis V. quam maxime accommodabimus,
Nuntiumque ejusmodi ad conventum illum, si postulati
fuerimus, designabimus, quem huic rei quam maxime
accommodatum esse judicabimus. Quod si comitia He-
qui nostri non impedierint, non sane facile intelligimus,
quis in hoc genere Magnifico Maneburgensi Palatino de-
beat anteponi. Bene valere Illustriatatem V. cupimus.
Datum Vilnae, die quo supra &c.